

Transcribed by Tuomas Vaura¹

Abbreviations

add.	addidit
del.	delevit
fol.	folium
marg.	marginē
om.	omittit
[...]	additio
<...>	additio editoris
(?)	lectura incerta

Liber 2, distinctio 3, circa 4, quaestio 3. (fol. 8rb)

Utrum superiores angeli cognoscant per magis universales species?

Tertio quaeritur, utrum superiores angeli cognoscant per magis universales species?

Ad hoc dicendum, quod si magis universalis dicitur in quantum ad plura se extendit, dico quod sic, quia angelus superior ratione suae maioris virtutis potest uno medio plura comprehendere quam inferior.

Si autem intelligatur, quod una similitudine cognoscant superiores multa ad quae intelligenda indigent inferiores pluribus, dico quod non, sed solum, quia uno actu possunt simul plura cognoscere.

Et ratio, quae movet aliquos dicere, si bene consideretur, magis est [contra]² eos quam sit pro eis. Quia si quanto angeli sunt superiores, tanto sunt Deo in cognoscendo similiores. Ergo cum Deus habeat pluralitatem idearum secundum pluralitatem cognitorum, secundum Augustinus, *Ad Nebridium*,³ quia alia idea est conditus homo alia equus, scilicet⁴ essentia sua sit simplicissima, sequitur ergo tunc, quod angeli quanto sunt Deo propinquiores, tanto habeant plures ideas, quod est contra illos alterius positionis. Quam rationem avertentes aliqui concesserunt dicentes, quod angeli superiores non aliter cognoscunt plura quam inferiores, nec propter pluralitatem specierum.

¹ The transcriber would like to acknowledge the funding from the European Research Council for the research project *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* under the grant agreement n. 637747. I would like to thank Annemieke Verboon, who has helped me to improve the transcription. The line division of the transcription follows the line division of the manuscript.

The transcription may be cited as follows:

Peter of Trabibus, *Lectura* lib. 2, d. 3, c. 4, q. 3, Tuomas Vaura (ed.), *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* -project. URL = <<https://blogs.helsinki.fi/rationality-in-perception/texts/>>. 2019.

² Add. in marg.

³ Augustinus, *83 questionibus*, q. 46.

⁴ Vel *sed*